



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Pœnite[n]tiæ sacramentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Semper fuit necessaria ad salutem his qui peccauerunt mortaliter, vt declarauit Trid. Præl. 10. num. 2. 3.

Et iure naturæ est necessaria vt medium cap. 1. num. 28.

P O E N I T E N T I A
Sacramentum.

AP O E N I T E N T I A proprie significat pœnitentia virtutem. transfertur tamen ad significandum Sacramentum pœnitentiæ, & penam à confessario impositam. Præl. 10. n.

Pœnitentia ergo est *Sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi consistentem ritè & legitimè, absoluit.* cap. 22. num. 11.

Eius forma est, *Ego te absoluo*, quasi materia sunt tres actus pœnitentis, Contritio, Confessio, Satisfactio. Præl. 10. num. 4. & cap. 22. num. 11.

Incepit à passione Christi. Præl. 10. num. 13. Nou. num. 4.

Ad Baptismum & Pœnitentiam requiritur dolor propter Deum, & non quiuis alius. Et baptizandi, sunt inducendi ad hunc dolorem: & errant qui baptizant Indos sine tali dolore, qui censentur contritio; & multo magis qui baptizant eos, eò solum, quod petunt

petunt baptizari ob manuscula, quæ sperat.
c. 1. num. 36. 37. 39.

Hic dolor sufficit ad Baptismum vt sit generalis omnium peccatorum mortalium, adducendo ad summum aliqua eorum, non descendendo in particulari ad omnes species. Ad Pœnitentiam requiritur dolor magis specialis, recolendo omnes species peccatorum, & de illis speciatim pœnitendo. Non tamen tenetur hunc dolorem ad singula indiuidua peccata applicare. cap. 1. n. 39. Nou. n. 36. 37. & cap. 11. n. 7.

Qui pœnitet in infirmitate & non antea, dubitatur de eius salute (quia tunc mille oppressus doloribus, & curis, vix potest erigere animum ad legitimam contritionem) intellige tamen de salute vera, non de præsumpta quoad concedendam illi absolutionem, & sepulturam. c. 1. n. 19. Nou. 15.

Peccat mort. qui sine contritione, vel attritione accedit ad hoc Sacramentum. nu. 37. Nou. 35.

Sacramentum pœnitentiæ verè remittit culpam mortalem. cap. 1. num. 43. lit. B. & clariùs Nou. num. 44. contra Gratianum.

Per se ordinatur ad sanandum, & per accidens ad sanitatem conseruandam. cap. 1. num. 43. lit. c. Nou. num. 43.

Circa pœnitentiã, definiuit Trident. sub
S f anathe:

anathemate. sess. 14. hæc sequentia.

I. Quod pœnitentia semper fuit necessaria ad veniam peccati mortalis. II. Quod, Sacramentum pœnitentia numquam fuit ante aduentum Christi, neque ante eius mortem, & resurrectionem. III. Quod postea nihil prodigi non baptizato. IIII. Quod fuit institutum à Christo Domino per illa verba. Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata: &c. V. Quod fuit institutum ad reconciliandum Deo peccatos mortaliter post baptismum. VI. Quod est verum, & propriè Sacramentum, & est distinctum à Sacramento baptismi, & ideo vocatur secundè tabula post naufragium. VII. Quod verba illa Quorum remiseritis &c. intelligenda sunt de potestate remittendi peccata. VIII. Quod ad veram pœnitentiam requiritur contritio, confessio, & satisfactio tanquam eius mater, & partes. IX. Quod solus Episcopus, & presbyter habent potestatem absoluedi, & non alij, & licet sint mali, non tamen perdunt eam. X. Quod sunt indices ad verè absoluedum. c. 22. n. 11.

P O E N I T E N T I A
solennis.

PRo mortali grauissimo imponebatur olim pœnitentia septem annorum. cap. 26. num. 27.

P O E N A.